Ubi notandum ꝙ beata virgo compara=
tur luci in tribus que inveniuntur in luce/
Nam lux est pura sive munda. Est et suip
sius diffusiva. Est etiam tercio contriorum
paratiua. Sic et virgo beatissima. vt in ꝓ
secutōne patebit. Primo dico ꝙ lux est pu
ra sive munda. quia non patitur peregri=
nam impressionem secundum philosophuꝫ
et oritur super bonos et malos sine conta
gione vel inquinatōne. Sic beata virgo
nullam contraxit maculam in nativitate.
Secundum illud sapientie sexto. Nullum ĩ
quinatum incurrit in illam. Neqꝫ enim ori
ginale habuit in ortu ex utero/neqꝫ actu
ale. Unde fuit ĩ vtero sanctificata. Ita ꝙ
non solum aliquod inclinatum ad pecca=
tum in ea penitus non remansit. sed etiaꝫ
virtus eius castitatis et sanctitatis vsqꝫ ad
alios extendebatur. Ita ꝙ in aliis omnis
motus carnalis concupiscentie extingue=
bat. Unde dicunt mundi ꝙ cum maria pul
cerrima fuerit/a nullo tamē vnqꝫ concu=
pisci potuerit. Et ratio est/quia virtus sue
sanctitatis cunctos aspicientes penetra=
bat. Unde sapientie septimo. Est speciosior
sole/et super dispositōnem omnium stella
rum et cetera. Hec lux fuit quedam nubes
lucida quam deus in mundi creatōne for=
mavit/vt noctem terminaret et diem in=
choaret. Sic in mūdi creatōne primo for
mavit lucem spūalem. s. beatam virginem.
vt noctem culpe et legis mosayce termina
ret/et diem gratie et legis evangelice in=
choaret. Unde breviter concludendo eius
puritatem de ea exponi potest illud pro=
verbiorum vltimo. Multe filie congrega=
verunt divitias. scilicet mundicie et purita
tis/tu maria sola supergressa es vniversas
Nam licet alie virgines munde pure et ca
ste se servaverunt et servent. hoc tamē fit
cum violentia/quia in carne ꝑter carnem
vivere non est humanum. sed angelicum/
Unde in carne gloriam et caritatem acqui
rere maioris est meriti. Esse eñ angelicuꝫ
felicitatis. esse vero virginem virtutis est.
dum hoc obtinere viribus nititur tamen
gratia quod habet angelus ex natura vtrū
qꝫ/tamen esse virginem vel angelum di=
vini muneris est officium non humani. Di=
co ergo ꝙ virgines caste vivant hoc fit cū
violentia nature. et cum repugnantia/et
cum quodam fomite. Fomes eñ non fuit
totaliter extinctus in eis etiam quibuscun
qꝫ. et ideo non voluerunt peccare/potue
rūt tamen peccare. Sed ĩ beata virgīe ad
mundiciam et puritatem suam custodien=
dam non fuit aliqua repugnantia vel fo=
mes. Fomes enim totaliter extinctus erat
Et ideo sicut nolebat peccare/ita non po
terat peccare. Unde Anselmus. Decebat
vt tanta puritatē mater dei luceret/quan
ta sub celo reperiri non posset. Augustinus
Cum de peccato agitur/de matre domini
nullam volo fieri mentionem. Nota ta=
men ꝙ istam mundiciam et puritatem nō
habuit a natura ꝓpria. sed a gratia divina.
Convenit ergo non cum luce in mundicia
et puritate. Secūdo lux ē suipiꝰ dif
fusiva. Diffundit enim se in instanti secun=
dum omnes differentias positōnum. scili=
cet inferius et superius ante et retro/a de
xtris et a sinistris. Sic beata virgo bonita
tem suam vbiqꝫ diffundit. A dextris ad bo
nos impetrando eis gratiaꝫ. A sinistris ad
malos ꝓcurando eis veniam. Inferiꝰ ad
sanctos patres qui fuerunt in limbo et mō
ad illos qui sunt ĩ purgatorio/quia per ip=
sam tunc et adhuc frequenter habent suaꝫ
liberatōnem. Superius ad angelos qui ꝑ
ipsam habent suam restauratōnem. Ante
ad precedentes ip̄am a principio mundi.
Retro ad subsequentes ipsam vsqꝫ ad finē
mundi. Omnibus enim facta est/vt in om=
nibus se faceret debitricem. Bernhardus.
Sicut sol oritur super bonos et malos. sic
maria bonis et malis omnibus se exorabi
lem reddit/omnium necessitates amplissi
mo quodam amplexatur affectu. Unde cō
paratur saphiro. Nota proprietates eius
Bene sileat misericordiam tuam et cetera
Et sicut lux quantum est ex parte sui om=
nibus se communicat. non tamen oēs lu=
cis beneficium consequuntur. sicut patet de
cecis. Sic virgo largissima quantum est de
se communicat vniversis presidium suum.
Sed hii qui in voluntate peccandi ꝑma=
nent. marie suffragio non iuvantur. Unde
Job plangendo dicebat. Quare misero da
ta est lux. Illis ergo solum prodest maria
qui ꝓpositum habent ad iusticiam redeun
di per penitentiam. vel in iusticia perman
serunt per gratiaꝫ. De qua diffusione bern
hardus. Quis misericordie tue o benedi=
cta longitudinem/latitudinem/profundi=
tatem/et sublimitatem queat investiga=
re. Nam longitudo eius vsqꝫ ad novissimū
diem invocantibus subvenit vniversis. La
titudo eius implet orbem terrarum. quia
misericordia eius plena est terra. Sic et
sublimitas eius superne civitatis invenit
restauratōnem. Et profundum eius seden
tibus in tenebris et vmbre mortis obtinu=
it redemptōnem. Ad huius autem gratie
et misericordie diffusionem tenetur. quia

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0298
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt